

Marīa: Poēta dicit dulce esse vīnum bibere.

Christīna: At adulēscēntibus nōn licet vīnum bibere nec aliās potiōnēs inebriantēs (*alcoholic beverages*). Mihi placet pelliculās (*films*) in televīsiōriō (*television*) spectāre (*to watch*), in computātoriō (*computer*) lūdere vel bonōs librōs legere. Nunc autem scīre cupiō quid dē Atticō ā nōbīs legātur.

Helena: Atticus erat in Graeciā, Athēnīs (*Athēnae, ārum, f. pl.*), et Athēniēnsibus auxiliū dabat.

Christīna: Ōrō ut pergāmus (*pergō, ere – continue*).

ATTICUS HONORED IN ATHENS

CORNĒLIĪ NEPŌTIS ATTICUS, 3

Atticus's kind and civil behavior toward all classes of Athenians won him great popularity. The Athenians gave him many honors and wanted to make him an Athenian citizen. Atticus refused this last mark of respect, fearing that Roman citizenship might be taken from him if he accepted citizenship of another state.

- 1 1. Hic autem sic se gerēbat, ut commūnis infimīs, pār principibus vidērētur. Quō factum est, ut huic omnēs honōrēs, quōs possent, publicē habērent cīvemque facere studērent; quō beneficiō ille ūtī nōluit, quod nōnnullī ita interpretantur, āmittī cīvitātem Rōmānam,
- 5 aliā ascītā. 2. Quamdiū adfuit, nē quae sibi statua pōnerētur, restitit; absēns prohibēre nōn potuit . . . 3. Igitur primum illud mūnus fortūnae, quod in eā potissimum urbe nātus est, in quā domicilium orbis terrārum esset imperiī, ut eandem et patriam habēret et domum; hoc specimē prūdentiae, quod, cum in eam se cīvitatem cōtulisset, quae antīquitāte,
- 10 hūmānitāte doctrīnāque praestāret omnēs, ūnus eī fuerit cārissimus.

© Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.

www.BOLCHAZY.com

©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. this sample was created for Texas Proclamation 2017 adoption preview not for distribution. This document will expire May 31, 2017.